

HENNINGI ARNISÆI
HALBERSTADIENSIS,
DE

JURE MAJESTATIS
LIBRI TRES.

Quorum Primus agit

DE MAJESTATE IN GÉNÈRE
II. DE JURIB: MAJESTATIS MAJORIBUS
III. DE JURIBUS MAJESTATIS
MINORIBUS.

EX PROBATISSIMIS QUELISQUE, TUM
HUIUS, TUM PRIORUM SECLORUM, AUCTORIBUS
Politicis, Iuris, Historicis, & quibuscunq; aliis, qui hujus materiz aliquid sive
dedita opera, sive aliud agendo attigerunt, excerpti & propriis obser-
vationibus subinde illustrati, & ad hodiernas
Respubl. accommodati:

IN OB SUPPLEMENTUM REPERTORIUM
denuò recusi.

Cum duplici Indice capitum & rerum verborumque
memorabilium.

en libreria...



Ex dono P. Petri...



Ex dono P. Petri...

ARGENTORATI

Sumptibus Hæredum LAZARI ZITZNERI.

ANNO M. DC. XXXV.

del Col. R. de la Comp. de las y su libreria

Illustrissimo Principi ac

Domino

DN. GEORGIO WILHELMO

MARCHIONI BRANDENBURGENSI,

BORUSSIAE, JULIAE, CEIVIAE,

Montium, &c. Duci

Serenissimi & Potentissimi Electoris

JOHANNIS SIGISMUNDI

filio primogenito.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.



MULTIS meritò nominibus culpandus forem, Illustrissime princeps, si hos de jure Majestatis commentarios, ad alterius, quam tuæ Celsit. pedes obruliffem. Quamvis enim in alieno concepti sint territorio, Ictorum tamē doctrinæ non immemor, quod partus fortiatur patriā, ubi lucis usurā primūm usurpat, veritus me sum ejus alligare criminis, quod plagium vocant iidem, & subtractione alicujus è familia definiunt, aut illius multò gravioris, quo Majestatem ipsam lædi censet Scævola, si quis dolo malo faciat, quò minus majestati cives salvi maneāt. Nec, ubi oculos per omnes Germaniæ principes circumfero, quenquam ejus ætatis invenio, cujus majestati subiecti dignitas magis respondeat, aut à quo majus patrocinium omnium injuriis exposito huic særui promittere habeam. Nec n, illi tantum timeo, quod in tāta materie sublimitate multa dicēda sint, quæ omnib nō arrideant, sed etiā, quod sint, qui dedita opera viā contra mea affectēt studia, eò, quod, ut Tiberi⁹ scripsit ad nurū Agrippinam, injuriam sibi fieri putent, si non dominantur, & alios ante se præcellere videant. His quæ objicerem, egregius mihi circumspiciendus fuit patronus, qui malevolorum invidiam auctoritate compefcere, & quas ego calamo, is reipsa vindicias Maje-

(*) 2

stati

in c. 1. de prob. st. Castal. in tr. de Imperat. q. 114. n. 1. Boeri. decis. 204. n. 42. Carol. Tap. in l. fin. par. 2. c. 9. n. 12. de const. princ. Anton. de Padiel. in l. unum ex fam. §. si de falcid. n. 8. de leg. 11. per c. significavit de rescript. tex. in c. abbate sane in pr. de re jud. in 6. in c. si gratiose de rescript. in 6. Dignitas enim non moritur, §. illud quoq; in fin. Nov. 81. nec contractus extinguitur, qui ejus nomine celebratus erat. Tiraq. de jur. primog. q. 35. n. 19. & seqq. Cuno de pact. c. 22. n. 67. c. 24. num. 43. Summa igitur totius discursus hæc est: Principem, qui maiestatem habet, antecessoris sui decretis, quoad jura maiestatis & statum imperii, non teneri, nisi quatenus utilitas publica & divina, naturæq; jura exigunt. Eundemq; sibi scopum habere propositum in ceteris ejusdem actus, ut & honore ejus & fides salva maneat, nec Resp. quicquam detrimenti capiat: In quibus verò contractus intervenit, ad eorum, qua nomine dignitatis & pro Rep. pacta sunt, confirmationem teneri, ad reliqua verò, qua ad privatam fiscum pertinent, non aliter obligari, quam si hereditatem adeat, aut sit filius defuncti, quanquam agnatos proptores etiam obligari, æquius videatur, clausula semper subintellecta, si nihil sit in contractu, honestati vel utilitati publicæ contrarium.

LIBER SECUNDVS.

DE JURIBUS MAJESTATIS
MAJORIBUS.

CAPVT I.

QUID ET QUOT SUNT JURA MAJESTATIS.

SUMMARI A.

- | | |
|------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Verum & quomodo jura maiestatis sint
indivisibilia. | 5. Quenam maiestatis jura expresserit
Aristoteles. |
| 2. Quibus nominibus apud auctores exprimi-
muntur jura maiestatis. | 6. Enumerantur jura maiestatis ex Hi-
storici. |
| 3. Describuntur jura Maiestatis primum
ex aliorum, tum etiam ex propria
sententiâ. | 7. Item ex legibus, ICIS & Politicis. |
| 4. Delectantur jura maiestatis ex c. 3.
lib. 1. Samuelis. | 8. Describitur jura maiestatis in maiora
& minora. |
| | 9. Tria Essentialia maiestatis jura delectantur, quibus duo alia adijciuntur. |

*Jura maiestatis an
indivisibilia?*

1.

H Atenus de maiestate in genere, & quæ eò pertinent, disputavimus. Exigit jam ordo, ut ad eam declarandam in specie descendamus. Dicunt autem JCTI, maiestatem esse individuum, Cyn. in l. si viva C. de bon. mater. Ang. Bald. in l. omnes C. de prescript. on quomodo Dion. lib. 57. Rempubl. non posse dividi dixit, quod Bodin. 1. de Rep. c. ult. in pr. Hayvard. in discurs. de relig. ad
maiest.

LIBER TERTIUS
DE
JURIBUS MAIESTA-
TIS MINORIBUS.

CAP. I.
DE POTESTATE MAJESTATIS IN
POSSESSIONES ET BONA
privatorum.

SUMMARI A.

1. Præilegia dignitatum & honorum cū juribus maiestatis non esse miscenda.
2. Quod sint omnia in ditione Maiestatis, quæcumq; in Republ. etiam a præva-riis possidentur.
3. Nec tamen per ditionem Maiestatis tollitur dominium privatum.
4. Quomodo dominium privatorum simul stare possit cum dominio universali maiestatis.
5. Maiestas non est vada tutrix, aut administratrix Republica.
6. Itaq; ex multis causis potest ius nondum acquisitum impedire.
7. Ius tamen semel acquisitum tollere nequit, nisi causa reddatur.
8. Improbatur consuetudo Anglorum, qua Vasalli heredibus, quam diu sunt minorennis, Dominus aufert usum fructuum feudorum nobilium.
9. Maiestas pro salute publica deum iusse exercit imperium, quod habet in bona subditorum.
10. Vtrum Maiestas bona Reip. in ditione non consentientibus subditis ab aliena reposit, quia est eorum domina.
11. Princeps nequit in ditione subditos a Republ. avellere & destrahere.
12. Nisi in casu necessitatis, aut utilitatis publica urgentis.
13. Pluribus probatur, quod princeps nequeat Remp. notabiliter deteriorem facere.
14. In parte vero alienatio non est prohibita, ubi item, que dicatur parte Reipubl. laeso, qua magna.
15. Graves Reipubl. laesiones iterum rationibus damnantur.

QUæ ex maiestatis essentiâ procedunt, aut summam in Rep. potestatem includunt, jura hæcenus proposuimus, sequuntur cætera, quæ *minora Regalia* Scholæ vocant, & ad fiscum potius, quàm ad personam Imperatoris spectare dicunt. Vultej. lib. 1. feud. c. 5. n. 7. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 3. Sixtin. de Regal. c. 2. n. 31. Borcholt. de Regal. num 5. Obrecht. disp. de Regal. n. 14. Alia Regalia, ait Bocerus disp. de Regal. n. 2. Imperatorie maiestatis sunt, alia fisci: alia personalia, alia fiscalia, & in his enumerandis maximè consumitur, c.